

[27] QUOD^l INCESTUOSI ET VIDUE AD EPISCOPOS PERTINENT^l.

ITEM. Episcopi incestuosos emendent et magnam diligentiam habeant ex eis. Et de viduis infra suam parrochiam^m potestatem | | 79r 4375 | | habeantⁿ ad corrigendum. 5

Ben. Lev. 1, 304, S. 63, 67–70. Am Anfang leicht variiert: Ut episcopi; incestuosos homines; eis] his; Seu et de viduis.

[28] DE^o CU<bi>CULARIO EPISCOPI^o.

ITEM. Beatus Gregorius^p papa^p in decretis suis ita ait: Presenti decreto constituo, ut quidam ex clericis vel ex monachis electi ministerio cubili pontificalis obsequuntur^q, ut is, qui in loco regiminis est, habeat testes sue secrete conversationis, quia verecundum est, ut episcopo ad secreta cubili sui laici pueri obsequuntur. 10

Ben. Lev. 1, 326 (Auszug), S. 65, 47–57: Beatus quoque Gregorius in decretis suis ita ait: Verecundus mos inolevit, ut huius sedis pontificibus ad secreta cubilis sui servitia laici pueri eis seculares obsequantur; et cum pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplum, plerumque clerici qualis in secreto sit vita sui pontificis nesciunt et, ut dictum est, seculares pueri sciunt. De qua re presenti decreto constituo, ut quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi ministerio cubilis pontificalis obsequantur; ut is, qui in loco est regiminis, habeat testes tales, qui eius in secreto conversationem videant et ex visione sedula exemplum profectus sumant. Haec igitur beatus Gregorius scripsit. 15 20

[29] DE^r IN<iu>RIIS <ecclesia>RUM^r.

ITEM. Si quis ministros ecclesie, id est, subdiaconum, acolitum, exorcistas^s, lectores^t, hostiarios^u iniuriaverit^v aut percusserit, componat hoc tripliciter. Diaconi vero, presbiteri, episcopi iniuria in quadruplum componatur. Monachi regularis iniuria componatur dupliciter. 25

Ben. Lev. 1, 336, S. 66, 54–63 verkürzt und mit Änderungen am Schluss: Si quis ministros ecclesiae, id est, subdiaconum, lectorem, exorcistam, acolythum, ostiarium, iniuriaverit aut percusserit vel plagaverit, componat hoc tripliciter, sicut solent componere parentes eius. Diaconi vero, presbyteri atque episcopi iniuria in quadruplum componatur. Reliquorum autem clericorum iniuria componatur sicut parentum eorum. Monachorum quoque, qui secundum regulam 30

l'–l') Rubrik am Rand 4375, fehlt 4283. m') paroechiam 4375. n') folgt Rasur von ca. 4–5 Buchstaben 4375. o'–o') Rubrik am Rand (wegen Blattbeschneidung nicht vollständig lesbar) 4375; fehlt 4283. p') papa Gregorius 4375. q') obsequitur 4375. r'–r') Rubrik am Rand (nicht vollständig lesbar) 4375; fehlt 4283. s) exorcistam 4375. t) lectorem 4375. u) ostiarium 4375. v) iniuraverit 4375.